Gloria Patri; *puis on chante l'antienne suivante :*

Salve, sancte Pater, patriæ lux, forma Minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum; carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

v. Franciscus, pauper et humilis, cœlum dives ingreditur.

R. Hymnis cœlestibus honoratur.

OREMUS.

DEUS qui hodierna die animæ beati Patris nostri Francisci æternæ beatitudinis præmia contulisti; concede propitius, ut qui ejus migrationis memoriam piis affectibus celebramus, ad ejusdem beatitudinis præmia feliciter pervenire mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

v. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.